

Johann Jacob Döbel

**Programma, Quo Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Jacobus
Döbelius, Med. Doctor, Professor Publicus, ... a Feralibus Mundi Bacchanalibus,
Omnium Ordinum Cives Academicos, hoc S. S Passionis tempore avocat, atque
ad Servatoris Nostri Patientis Myrrhinam, qua par est humanitate invitat**

Rostochii: Kilius, [1675]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73399783X>

Druck Freier  Zugang





S. 512.

—
1675. Febr. 15.

A-1256. 20.

1675

Programma,
Quo
RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
JOHANNES JACOBUS DÖBELIUS,
Med. Doctor, Professor Publicus,
Poliater, & Facultatis suæ DECANUS,
à
Feralibus Mundi
BACCHANALIBUS,
Omnium Ordinum Cives
Academicos,
hoc S. S. PASSIONIS tempore avocat,
atque
ad
SERVATORIS NOSTRI
PATIENTIS
MYRRHINAM,
quā par est humanitate invitat.



ROSTOCHII, Typis JOHANNIS KILII, Universit. Typogr.

M. 1236²⁰

1465²⁰



Uplex sese hodie offert hominum genus: providum alterum, pectore sapientia delibuto, æterna cogitans atque è specula quasi prævidens futura; alterum imprudens, insipidum, non nisi ad præsentia, & caduca quidem reflectens, in malo bonum; Virtutem in vitiis; in ignominia honorem quærens. Atque hoc quidem novissimum, instanti S. S. Passionis tempore, quo cum Capite nostro & Servatore JESU dolendum, seriarumq; lacrymarum rivo, quicquid hactenq; sordium contraximus, erat abluendum; mero se & ungventis immergebat; rosis, h. e. variis oblectamentis, ante quam marescunt, coronat; variâq; aliâ asotiâ ad Parentum, Satanæ

Sap. II. 7. puta & Mundi illecebras, quasi offundit: ubiq; signa lætitiae relicturum, quoniā hanc putat esse partem sortemq; vitæ suæ. Sentit, ignava cœteroquin turba, fugacitatem temporis & rosæ: Unde celeriter, atque in tempore, quo utatur, opinione suâ, tempore; ad suas se delicias invitat. Sed mittamus suas suibus glandes: Vera Christi sponsa rectius præ ingluvie, jejunium elitit; præ rosis, spinas subit; præ mero & ungventis, Myrrhatum poculū appetit, prehendit, in Myrrha monte, & Thuris colle, qua datur fide, studio, atq; operâ, Sponsū sectatura. Myrrha erat, quæ alia inter, ipsi nato: myrrha, quæ morituro: & quæ mortuo offerebatur; Myrrha erat. Quod si amaritudinis, unde non

Zent. IV. 6. men

meritorum apud Iacobos, in Iacobis, & paulino
atque abnegationis Myrrha; Thus vero devotionis,
precum, gratique sacrificii est symbolum: merito,
post Myrrha montem, dicitur Christus Thurius con-
scendisse collem: cuius universa, in humiliationis sta-
tu, vita afflictio fuit, donec gratum Patri holocaustum
offerret. Et colligamus quidem MEI! nobiscum, ama-
ritudines Ejus & necessitates infantiles in stabulo, in
fasciis, in praesepio, in fugâ Aegyptiaca; deinde labo-
res, quos pertulit in praedicando, fatigations in dis- Bernhard.
currendo, tentationes in jejunando, vigilias in oran- in Cant.
do, lacrymas in compatiendo, insidias in colloquen- serm. 43.
do: denique pericula falsorum fratrum, sudorem,
sanguinis, convictia, sputa, colaphos, flagella, sublan-
nationes, exprobationes, clavos, sitim, vulnera; offendimus omnino, ab exordio vitae ad exodus, Servato-
rem in monte Myrrhae: ut merito dixerit, quicunq;
dixit: se nullibi Christum reperire, nisi sub cruce.
Verum inter tot amarissima Myrrhae vestigia, mini-
mè venit negligendum, quod ingressus ille est ante crucem, quando Myrrha potaretur; sed nec illud, cui se imponi passus est, quando Sepeliendus Aloë ac Myrrha ungeretur. Priori, amaritudinem
sibi nostrorum applicuit peccatorum, lethalisque
pomi succum abstulerit: Posteriori, futuram corpori
nostro dedicavit incorruptionem. Ex illo, saluta-
ris scaturit amaritudinis potus: ex hoc, dulcissimæ
inunctio consolationis: ut haut abs re fuerit, utrumque utroque impræsentiarum pressisse pede.
Habet non merum tantum suum & ungventa mun-
dus; sed, eo jam pervenerat insolentia Romano-
rum: ut vasa sibi peculiaria compararet, Murrina

Sayr. VI. liatura. De iis juvenalis:
156. Grandia tolluntur Crystallina, maxima rursus
MTRRHINA, deinde Adamas notissimus, & Berenice.
Epigram. Et Martialis in Apophoretis:
CXIII. Si calidum potas; ardenti MTRRHA Falerno
Convenit, & melior fit sapor inde mero.

Plinius Primus ea Pompejus, primo in triumpho, quem de
XXXVII. Pyratis duxit, in Urbem legitur introduxisse, Joviique
Capitolino dicasse: post, luxu populi ingravescente,
eo pretium excrevit eorundem, ut tres sextarios ca-
piens calix, octoginta sestertiis emeretur. Laudatur
Senee, in ejus vita. Augustus Cæsar: quod, Alexandriâ captâ, nihil sibi,
Plin. c. l. præter unum myrrhinum calicem, ex instrumento
Meursig de Regio retinuerit. Et T. Petronius Consularis moritu-
luxu Rom. rus, ut Neronem Principem mensâ exhæredaret;
c. VIII. trullam myrrinam, trecentis sestertiis, sive Caro-
Subtil. E- linorum quindecim millibus emptam, fregit. Seal-
xerc. XCII. liger equidem Porcellanam Sinensem suisse putat:
Legat. Si- cui Niehofius subscribit, ubi præparacione Porcellanæ
nens. p. m. recenset. Hisce tamen obstant, relatio veteris Murrhae
95. & 112. ad gemmas, & specialis mentio Myrrhitæ, colorem
Plinius Myrrhae, odorem unguenti referens, nardive. Ejus
XXXVII. virtuti, calidum insulsum merum, saporem ac odo-
10. pp. rem extrahebat mirificum: forte ad rationem po-
tūs, poculis aceris, communiter nondum dedolati,
Birkemeyer Nobis dictis, infusi; si magnis liceat
componere parva. Quod enim Porcellanæ vene-
no dicuntur infici, disrupique: superstitione nit-
titur, atque imposturâ Mercatorum. Eam vero sa-
poris odorisve gratiam, ut participarent, Myrrhinis
destituti vasis; vina excogitaverant, Myrrhina & Myr-
rhaga

na essent dulcia: Myrrhata, amara. Salubritatis
persuasio è re amara dulcem faciebat usui, velut ho-
die absinthiten. Myrrhinorum iterum alia erant
aromatica nativa quævis: alia factitia, eaque gemi-
na. Hesychianæ glossæ: Μυρρίνη, ἔνοι μῆλον, ἔνοι μύρρινη
καλλών, οἱ ἢ πότιν ὄσκελασμένοι οἱ ἢ πότιν Φασίν, η ἐπεχεῖται
μύρεν. Myrrhinam aliqui vinum aromaticum dixerunt:
alii potum factitium: alii deniq; potionem, cui affusum
est unguentum. Aromaticum dicitur: quod est sa-
poris acris & odoris boni; unde haud immerito aro-
matis quoque voce Myrrha nuncupatur. Nati-
vam Myrrhinam declaverit in Germania Baccha-
rense, aut Neccarense vetus, aut si quod aliud Colore,
Odore, Sapore se commendat vinum: in Gallia; quod
propè Montem pessulanum, ex agro Frontignan
svavissimum provenit, *Frontenjack*, corrupte voca-
tum. De Factitiorum priori Plinius loquitur:
ubi lautissima apud priscos vina prædicat, Myrræ XIV. 13.
odore condita. Gaudebant Veteres Myrrhâ, cujus
~~ex~~ seu liquor expressus, ut erat fragrantissimus;
ita preciosissimus. Ad nos advehi solita, non est
sincera; sed Aromatariorum mangonio adulterata;
ut mirum sit, de ejus generatione productio-
ne, certi, vel ad hæc tempora, constare nihil, qui-
bus omnes locorum gentiumque anguli, avidissimo
lucrandi conatu, perquiruntur. Condituræ mo-
dus exprimitur: quando dolia abtersa, ipsæque
sæpius cellæ, Myrrhâ jubentur suffiri. Hæ quidem, *ibid.* 21.
ad conservationem; Illa, ad conditoram: verum
quantitate tam parva, quæ odorem dare; saporem
non posset. Alias, thure dolia cadosque suffiri so-

Job. XIX.

39, 40.

A 3

litos

VI. 12. phuratis, aromate imbutis, curamus. Posteriorius factitiorum genus, $\Delta\pi\alpha\tau\delta\mu\pi\gamma$, à murra, seu ungvento habebat nomen: quod pauciora Ungventa absque Myrrha fierent, & ipsa preciosum esset ungventum: unde $\mu\pi\gamma$, de Myrrâ, Græcis absolute, & Myrrha Latinis, de Ungvento quolibet aromati-

Cæl. Rodig. co, siveverat dici. Sed & Myrobrechos, ungventaria

XIII. 11. dicebant vasa, de instillandi usu nomine conciliato.

Var. hist. Luxuriæ fuisse argumentum Aelianus queritur: cu-

XII. 31. conf. juven- jus Latina tantum patitur transcribere angustia

nal sat. VI. chartæ. Quid autem, nonne bac in Græcis Luxuria in-

302. dicium funi? Ungvento enim vinum miscentes bibebant,

Martial. eaque mixtura prorsus abutebantur. Vocabatur hoc vi-

Apophoo- num Myrrbina. Meminit verò ejus Philippides, Comædia

ret. CX. scriptor. Sed & libidinis fuisse incitamentum; apud

conf. Hadr. Sutrium Comicum videbis, ubi Glycera meretri-

junius, A- cula Myrinum adserri jubet,

nimadvers. Quo virilibus armis occurset fortiuncula.

V. 19. Fulgentius ideo Venerem amasse Adonin dicit:

Mythol. III. quod hoc genus pigmenti, (loquitur verò de stacte Myr-

9. rhæ,) sit valde fervidum. Unde & Petronius arbiter,

in XV. 12. ad libidinis concitamentum, Myrrbinum se poculum bi-

Cæl. Rho- bisse refert. Catalogum Ungventorum horum sa-

dig. XXIV. tis magnum Athenæus adducit. Notant doctio-

Plin. XIV. res: Myrrham Ægyptiorum vocabulo Bal dici. Id

17. verò disjectionem indicat planè. Et merito fuere

omnia ista ab Themisoche, autore summo, damnata.

Hodie rudimentum eorum exhibeant Thermopotæ

Cerevisiæ & butyri; vel qui, coactè magis, Ungven-

ta, viride rubrumve, post luxationem vel contusio-

nem, zytho Dantiscano, Borusiaco cæteroquin *naſ*

sko.

ἰξων̄ vocitato, miscent. Myrrhatum vinum ad
destillationes, cruditates, tussim, inflationes, & ven-
triculi flacciditatem, Dioscorides commendat. Præ- Mat. Med.
stantissimam descriptionum, ex Cuspiano Basso, V. 44.
tum Vindanionio, velut antiquitatis reliquias, com- Geop. VIII.
municatā nobis reliquit Lindanus, Præceptor meus,
nunquam absque honoris præfatione nominandus. 24.
Hodie compositioni ejus adumbrandæ veniat, non Geop. VII.
Claretum quidem, Hippocraticum aliàs appella- 36.
tum; neq;; abstemius licet fueris, Zythum Angli- 153. 157.
cum, in Belgij tamen quibusdam locis etiam jam in-
troduction; sive ab inventore, sive urceis, quibus
asservatur, Buttelianum dictum; (dulcia nimis hæc
existunt, deliciorumque palato magis, quam
refectioni viscerum, maximè hypochondriacorum Dioſcor. c.l.
dicata;) sed Absinthites, aut Helenites, olim Nectari-
tes vocitatum. Cæterū, ut dicta hactenus insti- Svidas ad
tuto, pro spacii angustia, accommodemus: ad sup- τὰ τεῖα.
plicium damnatis, Athenienses quidem facultatem Galatin.
largius sumendi cibum vinumque concedebant; He- VIII. de
bræi vero, ad suppliciū locum perductis, vinum thure
aut myrrâ mixtum offerebant, ut eriperentur
noxiis horror mortis, dolorumque sensus. Jusserat arc. Cath.
Scriptura siceram dare perituro, & vini iis, qui verit. c. 9.
animo sunt amaro. Et Myrrham quoque veterum,
ῥηπαντίνην, soporiferam Dioscorides fatetur. Quæ de- Odyss. 220
niq; malorum oblivisci facit, potionem, Νύρην ap. conf. Plin.
pellat Poëta. Probabile ergo est; cæteris quidem XXV. 2.
reorum vinum Myrrhinum melioris notæ, & quod
horrorē exueret; Christo verojamjam crucifigendo,
& tantum non exanimato, ne quicquam, quod in
ipsius vergere contumeliā posset, videretur omisso-
rum & horrorem induceret, ex vino &

Myr-

Myrrha extemporaneum quasi magma fuisse oblatū.

XXVII. 34. Matthæus ὁ Ἐπιστολοφός τῆς χολῆς μεμιγμένον, acetum cum felle mixtum, appellat. Et ὁ Ἐπιστολοφός merito appellatur ψαπά, in acetum mutari cœpta. ὁ Ἐπιστολοφός χολῆς, acetum cum felle, appellatur: quæ non odore condita reficiente; sed sapore ulterius corrupta fuit, appetitum prosterrente; vel myrrhæ fragrantioris loco, in majoris proterviæ & crudelitatis symbolum, sellis mixturam recepit. Atque ita adimpleta sensit patientissimus Servator, quæ tot retro seculis præxixerat

Pf. LXIX. per Prophetam: fore, ut in refectionem sibi fel, & infisi suâ acetum darent. A capite ad calcem hactenus, exceptâ Lingua, erat passus. Jam verò, quæ divina proferebat elogia, quæ voluntatem Patris explicabat, quæ ex mortis barathro in vitæ Gloriam nos invitabat Lingua, in quâ nihil hactenus falsi reprehensum erat; ab impurissimis tentatur creaturum, novoque afficitur, atque inaudito planè tormento. Exhorrescamus miseri, & timeamus servi, qui peccare non cessamus, linguave abuti, dum pro peccato in lingua sic affligitur unice dilectus filius. Si hoc fit in ligno viridi: ecquid arido expectabimus futurum? Sed gratulemur etiam nobis afflitti, de Promacho nostro atque Antesignano; si Nobis etiam, & maximè à falsis fratribus, vini loco acetum; loco mellis, fel amarissimum exhibeatur; & afflictio afflictis addatur. Beatus vir, qui temptationem suffert: postquam enim fuerit probatus, accipiet coronam vita, Dominum diligentibus promissam. De Unguento Myrrhæ ad condituram Corporis CHRISTI in sepulchro parato, proximâ volente DEO, occasione,

Jac. I. 12.

Publicatum sub sigillo Rectoris
d. XV. Febr. LXXV.






Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn73399783X/phys_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73399783X/phys_0012)



the scale towards document



εξοχὴν vocitato, miscent. Myrra
destillationes, cruditates, tussim,
triculi flacciditatem, Dioscorides
stantissimam descriptionum, ex
tum Vindanionio, velut antiquita
munitatā nobis reliquit Lindanus
nunquam absque honoris præfati
Hodie compositioni ejus adumbrat
Claretum quidem, Hippocraticum
tum; neq; abstemius licet fuerit
cum, in Belgii tamen quibusdam in
troduced; sive ab inventore, si
asservatur, Butteljanum dictum;
existunt, deliciorumque pala
refectioni viscerum, maximè hyp
dicata;) sed Absinthites, aut Helen
tes vocitatum. Cæterum, ut dic
tuto, pro spacii angustia, accommo
plicium damnatis, Athenienses qu
largius sumendi cibum vinumque co
bræi vero, ad supplicii locum perdu
aut myrrâ mixtum offerebant.
noxiis horror mortis, dolorumque
Scriptura siceram dare perituro,
animo sunt amaro. Et Myrrham
εξοχὴν, soporiferam Dioscorides f
niq; malorum oblivisci facit, potio
pellat Poëta. Probabile ergo est;
reorum vinum Myrrhinum melior
horrorē exueret; Christo vero jam
& tantum non exanimato, ne qui
ipsius vergere contumeliam posset, vi
sed stuporem & horrorem induc

um ad
& ven
it. Præ- Mat. Med.
Basso; V. 44.
, com. Geop. VIII.
meus, 24.
andus. Geop. VII.
, non 36.
pella. selector. X.
Angli- 153. 157.
um in-
uibus
is hæc
quām
orum Dioscor. cl.
ectari-
insti- Svidas ad
sup- rā τερά.
atem Galatin.
; He. VIII. de
thure arc. Cath.
entur verit. c. 9.
fferat Proverb.
, qui XXXI. 6.
erum,
æ de- Odys. 220
v ap. conf. Plin.
idem XXV. 2.
quod
endo,
od in
ssum,
no &
Myr-